

P A R A D I G M A T A

GRAMMATICAE ALBANORUM MEDIAE CALABRIAЕ

ex -textibus novissimis pagi Marcidusiae

Iosephus Th. Gangale

collegit notulisque praeditum

■

A

PREFAZIONE

Questi "paradigmata", in un primo tempo, furono concepiti da Giuseppe Gangale come appendice ai "Textus Arberiscae Marcidusiae" ed al rispettivo Glossario. A mano a mano, vi si aggiunse altro materiale e, vista la mancanza di un mezzo sistematico ad uso del "Kjondyr" di Crotone, nacque l'idea di farne una piccola grammatica staccata.

All'autore non fu concesso il tempo di portare a termine l'opera, cioè di dare una forma definitiva a tutti i capitoli. Nel trascrivere in bella il suo manoscritto, ho cercato di completare le lacune, laddove mi è stato possibile, aggiungendo ulteriori esempi trovati nel materiale di Marcedusa e di altri paesi AMK.

Rimane sempre un lavoro incompleto come, inevitabilmente, ogni grammatica, ed in modo speciale una che purtroppo si deve fondare su di una lingua in fase di scomponimento. Lo affido a Enrico Ferraro, che gentilmente si è assunto il compito di curarne, fra l'altro, la fotocopia. **Questo tentativo potrà così servire di base ad un gruppo di lavoro formato da insegnanti e studiosi di tutti i paesi AMK, che lo completeranno ciascuno con le forme del proprio idioma.** Ne potrebbe nascere una grammatica comparata delle parlate AMK.

M.Gangale

INDEX	pagina
Praefatio	3
Bibliographia	5
Notae	7
De Declinatione	
Declinatio prima	12
Declinatio secunda	
Declinatio tertia	28
Declinatio quarta	32
Nomen adiectivum	30
Adiectiva numeralia	43
Pronomina personalia	44
Determinativa	51
Possessiva	
Demonstrativa	53
Interrogativa /relativa	54
Indefinita	54
Verbum activum	63
praesens indicativi	65
imperativus modus	69
imperfectum indicativi	75
aoristus	76
praesens coniunctivi	77
imperfectum coniunctivi	78
optativus	78
futurum periphrasticum	79
conditionalis	80
durativum Verbum	80
medio-passivum	83
praesens indicativi	84
praesens coniunctivi	85
imperativus	87
imperfectum	88
aoristus	93
Participium	93
Infinitum	94
It. "gerundio"	97
Adverbia	98
Praepositiones	
Coniunctiones	

PRAEFATIO

- A. Hae "paradigmata" - ut titulus ait - a TAM (Textus Arberisci Marcidusiae) excerpta sunt. TAM ex parte dialogica constat plurimarum adnotationurn magnetophonice impressarum ex annis ante 1963 in Kjo. vittis et transcriptione servatarum. Istarum parte in TAM non comprehensa uti ergo potest ad "paradigmata" nostra complenda.
- B. Ty dhomburaty e Zhotit Kristi. Textus huius "Passionis" a me seriori tempore transcriptus translatio est ex Passione AMK 3 (vide Gluha 1, edit. 1 et 2). Textus sic exstitit: Antonius Arcurius, Arberiscus Venae Graecorum (i.e. AMK 3) natus, qui hanc Passionem vetustis Galabrigicis manuscriptis adiuvantibus confecit, testibus Marcidusiotibus propriam linguam ad legendam ineptis alta voce perlegit et illi, propria dialectu dictatam lectionem volventes, megaphonicae machinae praesenti repeterunt. Hanc fontem optimam ad complenda paradigmata opinor esse, tametsi ex methodo conficiendi huius textus aliquid originale extare nequivit.
Passio haec in vitta et in textu phototypice multiplicato in Kjondyr reperitur.
- C. Textus "Ngjalori gkilluhesy toony" (Gluha 4) eadem methodo eodemque discipulo adiuvante, ex aliquo texto a me ad hoc paedagogicum finem confectum exstitit. Antea, mulier quaedam Rosa Tallarico, hyperdemotice locuta est, postea Vincentius Prestia, eodem pago natus (hyper)critico sensu praeditus revisit. In Kjondyr ambae versiones servantur.
- D. Colloquia mea cum Vincentio Prestia aestate 1968 vero brevia, sed linguae causa optima, magnetophonica vitta et transcriptio mea in Kjo. servantur.
- E. Glossae singulae (circiter 300) in colloquiis una cum Vincentio Prestia, xaverio Prestia et Onofrio a me aestate 1973 collectae in Kjondyr servatae.

Veteriores adnotationes dialectus AMK traditae non esse videntur.

et de eius relationibus cura aliis hodie extantibus dialectis AMK in praefatione ad TAM quidquid requires. Hic tantum bre-viter repetitur; dialectum hanc raultas isoglossas et variantes isophonas et isomorphas offerre partis conservatricis sermonum AC (id est pars cisneaethana a Pharo visa) usque ad extremam etiam nunc exstantem dialectum AMK 2, et paucas (sed multi pre-tii) isophonas cura parte transneaethana communes.

Post obitum linguae Arberiscae in pagis Arietta, Cotronei, Bel-vedere, Scandale, Papanice et separationem a parte cisneaethana, pars transneaethana novas variantes degredienti natura propriis veteribus adiunxit. Ne horum sermonum investigator, cisneae-thanas comparans, hodiernis differentiis horum elusus errate iudicet, aliqua superstites testimonia transneaethana ab annis 1888/1890 tradita passim hic in margine citantur.

Regulae legendi

dialectum hanc Marcidusiotem huic libello tantum de paradigmatis agenti non pertinent. Aliquid de phonetica in praefatione TAM lector benevolus reperiet. Hic adjiciatur vero de alternatione quantitatis vocalium in declinatione. Subsumendae sunt in dialectu Marcidusiae, ut valde recte Radha de dialectu eius subsumebat (vide praef.ad MLS 1836) tres quantitates:

bboor	nix
bbóora	nix illa
bboresy	nivis illius

Superlonga in usu hodierno tantum in emphase aut in exitu sententiarum auditur: est autem longa facta; longa (quae in dialectu natalis Radhae nunc brevis facta est) manet in AMK 7 longa, brevis manet brevis.

Differentia quam Radha mirabili constantia inter schwa 1 et schwa 2 in scriptis suis signavit (y -v, aut-u-v) et quae in dialectu sua a multis annis evanuit, vivit et viget in tri- aut quadrisyllabis in AMK 7; schwa 1 in exitu verbi (sicut in AMK 6) tendit vocalis piena fieri quam profanus sicut clausam o percipere solet. Piget signo proprio in hoc libro non praeditisse.

BIBLIOGRAPHIA

- Nicholaus Ketta, Grammaticae arberiscae quae supersunt circiter anno 1750. ASK (Albanske Samling, Kongelige Bibliotek K^øbenhavn)
- Camillus Rada, Grammatica albanese (id est Arberisca altae Galabriae). De hac adhuc non reperta grammatica Camilli (poetae fratris) vide praefationem ad {Silosum 1836 (ante annum 1834)}
- Demetrius Camarda, Compendio di grammatica albanese. Haec adhuc inedita grammatica (non aequivocanda cum "Grammatologia" 1864 eiusdem auctoris) optime redacta est, sed syricretismo linguistico panalbanico inclinat (post annum 1865). ASK.
- (Camilli nepos, Hieronymi poetae filius), Grammatica albanese (id est: Arberisca Galabriae altae, praesertim secundum Machiae dialectum) 1870. A critica illius temporis non unanime iudicata, e.g. benevolens Benloew, severus Schuchardt fuit.
- Hieronymus Rada, Sulla graramatica albanese (id est: de grammatica Arberisca Galabriae altae, praesertim secundum Machiae dialectum). Melius redacta quam Josephi grammatica, sed philosophematis repleta. 1890 (?)
- Andrea Dara<> Fragmenta grammaticae Arberiscae secundum usum pagi Palatii Hadriani Siciliae, Ms.Bibl. Centri Gottologici Graeo-Arberisci Crotonensis (nunc: Università della Calabria). ?)
- Librandi Vincenzo, Grammatica albanese, Mediolani 1896V Librandi consilium optimum fuit Calabro-Arberiscis grammaticam secundum linguam Varibobae poetae offerre, sed Librandio doctrina methodusque necessariae defuerunt. Iius opus permultis erratis repletum et nullius pretii linguistici eg
- Hieronymus Rada, Fragmenta grammaticae Arberiscae secundum Machiae dialectum quam Rada postremis annis aetatis suae in scola Sancti Demetrii docuit (ante annum 1900). Haec disiecta membra in bibliotheca Academiae Cosentinae anno 1955 reperi composuisse, illis studere mihi tempus defuit.
- Josephus Rada,
- J.Th. Gangale, Grammatik der gesprochenen Sprache des nordkalabrischen arberischen Dorfes Shin Mitri (id est: Sanctus Demetrius Coronaeorum). Ms.195 Lingua Sancti Demetrii et eius "fractio" Machiae grammaticarum radianarum suprapraefatarum fundamentum fuit. Inquisitionem hanc mea de lingua vulgari vivente istorum pagorum incipi et compievi ut revisionem grammaticarum Radae patris filiique.

J.Th. Gangale, Ciò che è vivo di Rada grammatico, Ms. 1965.
 Mitiori iudicio adversus Radam compulsus, excerpii ex grammaticis radianis composuique in unitatem tantum quod etiam nunc pretii est.

J.Th. Gangale, Paradigmata grammaticae linguae Marcidusiae 1970

Manuscriptum huius libelli ut appendix altera textuum Arberiscorum Marcidusiae (TAM) confectum est ad praebendam paradigmatico materiem morphologicam in TAM contentam. Egestas carentiaque tantummodo cuiusdam descriptivae grammaticae Arberiscae Medio-calabrensis ad usum "Studii Arberisci Crotonensis" praefatam materiem per se ipsam sine TAM festine edere suadet. Origines ergo operis et methodus congerendi eius lectori patefaciunt opusculum hoc nec grammaticam proprio sensu constituere nec omne discibile de lingua Marcidusiae exaurire voluisse. Fontes glossarum in hac grammatica usurum facillume, nostro "Glossario Marcidusiae" adiuvante, in paragraphis TAM reperiendae erunt.

Dum in TAM quaeque glossa scripta est ut testes linguistici eam protulerunt (id est cum omnibus variantibus) in hac ad alumnos dicata Grammatica tamen aliquam formam (sed non absolute nec non consequenter) persequitur quam nunc Angli "standard" appellant. Hoc valeat praesertim prò mora C-[^]) voca-lium et consonantium in generi et in specie prò "schwa" finali quae in TAM saepe sub varia forma (-o, -u) eclipsatur.

Animadverte etiam glossas in hoc libello citatas ex prima re-dactione "Glossarii" excerptas esse. Tempus enim nobis defuit ad utendam (ad grammaticae beneficium) divitiorem collectionem materiei quam ad augendum glossarium senioribus annis (post annum 1963) peregimus.

J. Th. Gangale

NOTAE

ALLK	Arberisci Calabriae Altae	
AMK	Arberisci Calabriae Mediae	
AMK 2	Zzangkarona	italice Zangarona
AMK 3	Viina	Vena di Maida
AMK 5	Gharrafa	Caraffa di Catanzaro
AMK 6	Andali	
AMK 7	Marcidhuuzha	Marcedusa
AMK 9	Shinikoghi	S.Nicola dell'Alto Carfizzi
AMK IO	Karfizzi	Pallagorio
AMK 11	Puheriu	Arberisci Siciliae
AS	Fialja e Andalit, Hafniae 1964	
Andali	Dr.Antonio Blandino, transcriptor Puheriotes aliquorum capitum Evangelii Matthaei in linguam Marcidusiae translatorum.	
Bland.	Ty Dhamburaty Zhotit Kristi, lingua Marc.(ras.)	
Dna.	Eugenia Battaglia, testis Marcidusiae	
E.B.	Eragmenta etimologica, Soveria Mannelli (CZ) 1979	
Frag.	Bibliotheca Centri Glottologici Graeco-Arberisci (Kjondyr i Arbyresh)	
Kjo.	Evangelium Matthaei (ms.)	
Mt.	Ngjalori i gkilluhes joony, Catanzaro 1965	
Ngja.	P.Ant.Onofri, testis Marcidusiae	
On.	Saverio Prestia, testis Marcidusiae	
SP	Textus Arberisci Marcidusiae, Hafniae 1979	
TAM	Vincenzo Prestia, testis Marcidusiae	
V.P.	Franciscus Vona/Philomena Shumbata, test.Marcid.	
Vo.-Shumb.		

DE DECLINATIONE

Lingua Arberisca in textibus Arberiscis Mesocalavritibus Marci-dusiae testata

quattuor declinationes nominum substantivorum
tres casus (Nom., Gen.-Dat., Acc.)
tria genera (masculinum, femininum, neutrum) et
duos numeros (singularis et pluralis) patefacit.

Unaquaeque declinatio indeterminata aut determinata esse potest: quamobrem octo paradigmata in toto extant. Desinentia genitividativi singularis declinationes inter eas, ut sequitur, distinguiti

Tabula declinationum
singularis

declinatio	casus	indeterm.	determ.
I.	N.	- ; -y	-a
	G.-D.	-je	-esy
	A.	ut N.	-(è)ny
II.	N.	-ix(y)	-i
	G.-D.		-it(y)
III.	A.	ut N.	-(i)ny
	N.	«.-	-u
	G.-D.	-ux(y)	-ut(y)
IV	A.	ut N.	-(ù)ny
	N.-A.	—	-yt(y)
	G.-D.	-(i)x	t)-it(y)

Animadverte criterium empiricae partitionis cuius signum relevans desinentia nominativi sing. determinati est. Compara :

-a -i -u -yty

Tabula declinationum

pluralis •)

declinatio	casus	indeterm.	determ.
I .	N.-A.	-y -a -e - -era	-ty -tyt -aty -ety -eraty
	G.-D.	(e) ve	(e) vety
II .	N.-A.	-e -a -χ (=i)	-ety -- -aty -- -χ(v)-ty -ty
	G.-D.	(e) ve	(e) vety
III.	N -A	-jyx (e) ve	-ty -(ty) ty (e) vety
	G D. -	-era	-eraty
IV.	N .A		
	G -	-erave	-eravety
		D	

*) a M.Gangale

Lingua arberisca declinatione indeterminata utitur post pronomina, numeralia cardinalia, indefinita et in omnibus sententiis ubi sensus substantivi in quaestione sicut indeterminatus percipitur.

In declinatione determinata articulus semel (in enclisi) aut bis (in proclisi et enclisi) utitur. In proclisi articulus determinatus utitur in relativa positione tantum. Formae eius in dialectu Marcidusiae superstites sunt tres:

i = gr. o e = gr. y ty = gr. to

in nominativo singulari. In reliquis casibus amborum generum et numerorum forma communis ty est.

Nomen substantivum determinatum signum declinationis suae non solum in exitu suo (sub forma ecliptica aut patente) fert sed etiam ab condeterminantibus encliticis et procliticis in sententia comitatur.

Si substantivo (in sententia determinando) nec adiectivum (sub forma specificante casus genetivi) sed verbum aut nihil sequitur, articulus procliticus tamen praefigendus est; e.g.:

Kushy arruu ? Jati i Petritty ? - Jo, i bbiiri (i Petritty) id est: Quis adiit ? Num Petri pater ? - Non (adiit pater, sed) filius.

Articulus ergo procliticus (qui lingua scripta separatim scribitur) ut condeterminans appellari potest, id est determinans una cum articulo enclitico (qui lingua scripta una cum - in sententia - sequenti substantivo scribitur), in exemplo citato: i bbiiri (= i bbiiry-i = ille filius-ille; gr.: o vios o; danica lingua vet. : han sonn-en (<han)).

Huis complexui (i bbiir-i) rursus "i" (ergo tertia "i") sequi oportet, sed tantum ante substantivum genitiva specificante forma. Animadverte: etiam ante adiectivum adtributivum quidquid tertius condeterminans articulus occurrere videtur, sed hic de pseudophoenomeno agitur, quia tertius condeterminans non substantivo in quaestione, sed sequenti adiectivo pertinet:

i bbiiri i vikyrrh = filius ille / ille parvus

sic legendus est: i bbiiri / i vikyrrh; non (sicut exemplum superius)

i bbiiri i / Petritty = ille filius ille / Petri illius.

quare: i bbiiri i Maresy Ngja. Pag. 29 e bbilja e Petritty

Si ambo exempla in unum coniciuntur, formulam hanc obtenitur:

i bbiiri i / Petritty / i vikyrrh
= ille filius-ille, ille / Petri illius / ille parvus
aut:
 i bbiiri i / Petritty ty vikyrrh
= ille filius-ille, ille / Petri illius illius parvi

Alia exempla:

Nominativus sing.det. "absolutus"

bbiiri	filius ille
zhygkoi	iugum ille

Nominativus sing.det. "relativus"

i bbiri i/kushyriut tiimy
i zhygkoi/i mpyshoony ty kjévety

Animadverte prò multis una tantum:

Traductio latina nominum (substantivorum determinatorum/adiectivorum) Arberiscae linguae a priori deficiens semper erit (latina lingua vero nec articulo praefixo, nec suffixo, ut graeca et aliae linguae utitur) nisi unicuique nomini citato formae pronominis demonstr. "ille" adfigantur vel praefigantur. Has principio tractatus huius vero figimus, postea tamen brevitatis caussa figere negligimus.

Lector benevolens quapropter admonetur quod abest adesse existimare.

DECLINATIO PRIMA

Nominativus singularis indeterminatusNomina feminina1) sine desinentiaa) in e exiens:

fakje	facies
llulle	flos
ddelle	ovis
nuse	sponsa

b) cum vocali tonica longa (-ee, -ii)

ve e	ovum
voree	aquilo
follee	nidus
stupii	domus
myrii	maestitia, ira
dhi	capra

2) desinentia cum vocali semitice "schwa" appellata
et albanice auxilio "y" transcripta:

aany	latus
ddiity	dies
mbeesy	filia frat./sor.
shally	coxa
eery	ventus
ddaardhy	pirum
fillety	folium
gkrinjy	iuba
gjirpoory	acus
kallivy	palearium
kumbuly	prunum
llopy	vacca
vatry	focus, caminus
zhomyr	cor
kokjy	baca
kukuty	harundinis species
kjerry	carrus
kjimy	pilus
llipushy	scida
thirrimy	fragmentum, mica

alia exempla vetustiorum substantivorum indeterminatorum
femininorum quae cum "schwa" desinunt:bbooty, bbuky, ddegky, ddoory, komby, moly (mool) motry,
ondyry, pik(k)y, udhy (uudh), zhonjy, zzopy.

Deminutiva in "zhy" exeuntia:

vashyzhy	puella
konyzhy	imago (sacra)
ççikyzyhy	lampyrida
ullyzhy	<i>podea</i> , limbus
honyzhy	luna

Nomina aliquarum dierum hebdomadis:

e hoony	lunae dies
e énzyty	Iovis dies
e promyty	Veneris dies
e stuuny	Saturni dies
e ddiely	dies dominicus

Themata olim in nasalem exeuntia, nunc, rhotacismi causa, in -r:

veer(y)	vinum
femur	foemina

3) Nominativus antiquus singulari

gkrua	mulier
ree	nurus

Nomina masculina

Rariter nomina secundum genus naturale masculina in hac declinatione occurunt, e.g.:

taty	pater (meus)
llally	avunculus (frequentius: ^r ungkulχ)
Zhepy	Iosephus

Nominativus singularis determinatus

Nomina feminina

-a

fakja (<fakjea)	facies (illa)
nusa (<nusea)	sponsa (illa)
voréa	aquilo (ille)
stupia	domus (illa)
dhia	capra (illa)
veera	vinum (illud)
ddiita	dies (ille)
shalla	coxa (illa)
kumbula	prunum (illud)
llopa	vacca (illa)
vatra	focus (ille) acus
gjirpora	(illa)
aryzha	vespa, apis (illa)
vàshyzha	puella (illa)
kjerra	carrus (ille)
kokja	baca (illa)
ddiela	dies dominicus (ille)

Nominativus antiquus singulari determinatus in -ja| exiens:

gkraja (indet.: gkrua)	mulier (illa)
reja (indet.: ree)	nurus (illa)

In vetustiore linguae usu determinatio -ja frequentius ocurrerbat, sed nunc tantum haec duo nomina hac uti videntur.

Nomina masculina

tata
llalla
Zhepa

Exemplum: gkilluha (det.) joty osht njy gkilluhý (ind.) cçy prett si njy thik. (TAM, 65)

Genitivus-Dativus singularis indeterminatus

-je

nuseje	sponsae	njy zzohy - (iter 30.6.63)
bboteje	cretae	me rogjeny - (TAM I 83)
ddoseje	suis	bbiri - (TAM § 75)
udheje	viae	

Animadverte

Suffixus indeterminans genitivi = -je est (non eje); vocalis -e- in complexu -eje antiquior exitus vocalicus nominativi primae declinationis est qui in contactu suffixi genitivi indeterminati denuo patet, e.g.:

facies = fakje	facies illa = fakja (<fakjea)
sponsa = nuse	sponsa illa = nusa (<nusea)

Genitivus ergo indeterminans horum nominum: fakjeje, nuseje sic dividendus: fakje~je, nuse-je.

Genitivus-Dativus singularis determinatus

-sy

ddellesy	ovis (illius)	i bbiri i ddellesy i
dhiesy	caprae "	bbiri i dhiesy
gkrishesy	picae	
naatesy	noctis	te gjimis naatesy (.TAM § 103)
llopsy	vaccae	bisht e - (Frag.p.124) teeri ja friny - (Frag.p.124; e
ndrikulesy		bbilja e - (TAM § 60)
Shummyriisy	patris	
tatesy		(TAM § 96)

Stereotypum: udhesy udhesy = pyr udhesy (TAM § 84)
anysy anysy (VP 68,37)

Animadverte :

Usus decadentis linguae hodiernorum temporum adversus genitivi substitutionem cum "romonica" periphrasi (praepositione KA plus nominativo) inclinat et tantum prò dativo determinato -sy desinentiam servat. Supra dictum vero non solum in prima declinatione sed etiam in reliquis declinationibus fit.

Genitivus partitivus

Genitivus partitivus sine casus signo est (in omnibus declinationibus; e.g.:

njy zzopy drhu (TAM § 63) njy

zzopy peteky (Andali p.5) ççyddo

zzopa kukuty (TAM § 68)

njy rroozh kumbuly (Andali p.7)

ngky cçiky zhboory (TAM § 74) njy

theesy gkruur (TAM pag.38)

Accusativus singularis

indeterminatus: *sicut nominativus*, e.g.

- | | |
|------------------------------|--------------|
| preeva njy <u>komby</u> | (TAM § 54) |
| bboxa njy <u>triesy</u> | (TAM § 72) |
| me nçiku kripy | (TAM § 45) |
| e bbonjyny <u>bbuky</u> | (TAM § 57) |
| vahety vuzzy me <u>veery</u> | (Frag. p.87) |

determinatus: | -ny

bbukeny	panem (illum;
ddeenv (<ddélleny)	ovem (illam)
dditeny	diesi
dhédheny	taedam
fakjeny	faciem
karpiteny	tegumentum cubilis, stragulum
kókjeny	folliculum (purisj bacam
kripeny	sai
kumbóreny	campanam, tintinnabulum
réjeny	nurum
rogjény (ind.rogjee)	urceum
tateny	patrern
veereny	vinum
zzopeny	partem
stupieny (stupiin)	domum

exempla: me tatyny (TAM § 74)

me rogjény (TAM § 83)

mirh vuzzeav (TAM § 17)

stierixymy fareny (TAM § 6)

ja vuura kripeny (TAM § 21)

ata ngrenjyny shalleny (Ngjal. p.19)

e ka ljaary fakjeny (TAM pag.36)

kemi voony karpiteav (TAM § 82)

kemi marry dhédheny (TAM § 82)

bbienjyny bbukenv te furri (TAM § 89)

ppy ty kjethinv ddéneny (TAM § 84)

ka pulla kamy veeny (TAM § 126)

Nominativus-Accusativus pluralis

<u>speculum</u>	indeterminatus	<u>determinatus</u>
oxytona	stupii	stupii-ty
schwa (athemat.)	-y -a ddiit-y	ddiit-ty
vocalicus	motr-a	motr-aty
	-e kukut-e	kukut-ety
syllabicus	-era tat-era	tat-eraty

1) cum nudo themate; ut singularis indet. (non
ut sing.det.j (aut schwa)

<u>indet.</u>	dhi	det.	dhiity	caprae (caprae illae)
	follee		folleety	nidi
	ve e		veety	ova
	aany		aanyty	latera
	mbeesy		mbeesfty	nepotes (fem.)
	ddiity		ddiityty	dies
	shally		shallyty	coxae

2) cum -a; ut singularis det.

<u>indet.</u>	argkooma	det.	argkomaty	novales
	aryzha		aryzhaty	vespae, apes
	fialla		fiallaty	verba
	ddardha		ddardhaty	pira
	komba		kombaty	pedes
	llopa		llopaty	vaccae
	vadhyzha		vadhyzhaty	sorba/sorbi aucup.

3) cum -e:

<u>indet.</u>	kokje	det.	kokjety	bacae
	kukute		kukutety	harundinis species
	kjerre		kjerretty	carri
	kjime		kjimety	pili
	thirrime		thirrimety	fragmenta, micae
	llulle		llullety	flores

4) pseudo-nom. plur. masc. cum -era/-eraty

(proprie dieta desinentia nom.plur. nominum neutrorum
IV. declinationis)

<u>indet.</u>	tatera	det.	tateraty	patres
5) <u>indet.</u>	gkraa		gkraaty	mulieres (s.gkruaj

	gkraa		gkraaty	mulieres (s.gkruaj
	dduary		dduarryty	manus (s, ddoory)
	reja		rejaty	nurus (s, ree, reja;
	(g)krishory		(g)krishoryty	forfex

Accusativus pluralis ut nominativus

Exempla:

ndzierixymy ddi argooma (TAM § 72)
 vraany ddi dhii (TAM § 14)
 pritti ma i math skulli zzohety (Mr. 26, 65)
 me shallyty (TAM § 126)
 me vetulaty (supercilia) (TAM § 69)
 ruaja ljopytty (TAM § 7)

Animadverte

- 1) -zh- (desinentia sing.deminutivi feminini) in AMK 9-11 tantum jacturae schwa vocalis causa "s" fit (AMK: vadhyzhy ■ sorbus aucuparia; AMK 9-11 vadhyzh>vadhys). Sed ante vocalem -a (signum plur.indet.) denuo patet: vadhyzha.
- 2) -ty finalis (id est signum plur.det. etc.) non tantum in AMK 7 sed etiam in omne AMK cisneaethano saepe ut -tty profertur. Regula uniformis scribendi adhuc non imponitur.
- 3) Nomina masculina primae declinationis quae hodie (analogice) secundum desinentiam neutrius pluralis -era proprium nominativum plur.indet. formant, in typo determinato numquam -eratty, sed -eraty patefaciunt.

<u>Genitivus-Dativus</u>		
-ve		
<u>indeterminatus</u> :	<u>pluralis</u>	-ve(ty)
zhonjeve	determinatus:	dominis / -arum
puljave		gallinis / -arum
rrushave	zhonjeve(ty)	uvis / -arum
	(ad rrush- puljave(ty)	IV)
	rrushavef(ty) vide	
	etiam decli.	

exempla:

Vuri uju puljyve ! (Andali p.9) ja
 japymy puljavety (Andali p.33)
 pressy ddegka dhiive (Andali p.35)
 rrombyty (racemi; e rrushave (TAM § 47)

Animadverte

Nomina oxytona I.declinationis in nominativo singulari indeterminato in -ii desinentes habent in omnibus casibus (amborumque numerorum) nullam -e- in desinentia, e.g.:

stupii	N.sing./plur.indet.	domus
stupiisy	G.D. sing.det.	
stupiiny	A.sing.det. I.	
stupiity	plur.det.	
stupiivety	G.D.plur.det.	

ergo non: stupiesy etc, sed AMK 5 (contra AMK 7) antiquum diphtongum -ie- servare videtur.

Exempla:

shiiny stupiiny (TAM § 17)
 te stupi(e)ty (TAM § 16)
 billesty stupiiny (TAM § 50)
 dhiity na veeny te vresta (TAM § 47)
 késhymy dhiiny (TAM § 4)

DECLINATIO SECUNDA

Nominativus singularis

1) cum exitu "schwa"

det.

indet.	ddeemy froony katundy panagjiry kopisty	det.	deemi frooni katundi panagjiri kopisti	(iuvencus) (thronus, sella) (vicus; (forum) (hortus)
--------	---	------	--	--

radices palato-velares *)

indet.	krikjy kazzikjy sindukjy	det.	krikji kazzikji sindukji	(crux) (capella; (arca;
--------	--------------------------------	------	--------------------------------	-------------------------------

cum (in plurali) variabili radice:

indet.	shurbeesy theesy	det.	shurbesi thesi	(res) (saccus)
--------	---------------------	------	-------------------	-------------------

cum plurali sigmatico:

indet.	iily	det.	ili	(stella)
--------	------	------	-----	----------

2) sine exitu "schwa"

det. -1

indet.	bburh trim taiuur **) qhadhiuur gkjllist **) kiiel ddiel kusumandili qjeli kiiro, zhygko bbiir kopill ddiàl	det.	bburri trimi taiuuri qhadhiuuri gkillisti kiiel'i ddiel'i kusumandilli qjelli kiiroi zhygkoi bbiiri kopilli ddiàli	(vir) (puer. (catillus) (asmusy) (digitus) (caelimv) (sol) (sudarium) (qallus) (tempus) (iugum) (filius) (puer) (diabolus)
--------	--	------	---	--

*) Animadverte iota sonum non habere, sed tantum symbolum graphicum una cum praecedenti "k" esse.

**) -uur et -ist suffixi formantes sunt.

cum (in plurali) variabili radice;

<u>indet.</u>	straat	<u>det.</u>	straati [cubile]
	Ra _x		raxi (collis)
	llinaar		llinaari (lumen)
	gkaarth		gkardhi (saepes)
	kullaçç		kullaççi (placent)
	kall		kalli (eauus)
	ddiall		ddiali (puer)

radices cum originali nasali desinentia sed nunc rhotacismo eclipsata: in nom.sing. indet. nasalis = nulla, in det. = ut -r- eclipsata (vide p.25)

<u>indet.</u>	hii	<u>det.</u>	hiri (hiu)	(cinis)
	mulii		muliri	(molae)
	drhu		drhuri	(lignum)
	gkillù		gkilluri	(genu)
excipe:	tho (<thon-)		thoi	(unguis)
	mua (χ) (<mon-)		mua/muaji ?	(mensis)
	(killeva njy muaxy	TAM § 59)		

Nomin.sing.indet. substantivorum masculini generis cum suffixo deminutivo -ith, e.g.: kopillith: istorum nulla reliquia usque adhuc in lingua hodierna Marçidusiae locuta reperta est.

Quantitas

Mutatio quantitatis vocalis radicalis in TAM transcriptionisque eiusdem in Grammatica nostra (e.g. bbiiry - bbiiri; shurbeesy - shurbesi) inconstans forsan esse videtur lectori qui e.g. rationem scribendi H.Radae cognoscit. Sed in archaico AMK 7 processus breviationis vocalis thematis (in forma determinata nominis) tantum in annis novissimis incepit, adhuc non completa, saepe (etiam in positione non emphatica) incerta est.

Ceterum operatur, in hac adparenti inconstantia, etiam nunc anterior reductio triplae quantitatis antiquae Arberiscae (superlonga, longa, brevis: vide praef. ad Milosaum 1836) in duplam quantitatem: longa et brevis (v. hic praefatio p.2).

Haec dialectorum Calabrorum influentiae (in AMK sicut in ALLK et AS) partim adtribuenda est.

Genitivus-Dativus singularis

indeterminatus	-χ(y)
----------------	-------

exempla: mish kallixy (iter 30.6.63 VP, SP)
 llugku hekuriχy (Ngjal. p.57) ddi drhu
 irijy (TABI § 69) njy krie
 ghadhiuriχy (TAM § 12) me zhomyra e
 tini Zhottixy (TAM § 94) njy kjiri
 ddiliχy (TAM § 120)

determinatu-	it(y)
--------------	-------

exempla: brinja e raxity (On. 1973)
 ljangkuny ty rizzity (Frag.p.128, Gharrafa)
 te katundi e tini Zhottity (TAM § 52) ve
 samariny għadhiurity (dat.) (TAM § 47)

Themata nasalia eclipsata: hii, llii, uu, huu, drhuu etc. (v.p.25)

indet.	det.
hiux(y)	hiut(y)
lliux(y)	lliut(y)
huux(y)	huut(y)
drhux(y) (<drhuj)	drhuut(y) (seu drhurit)

(augmentum -r- in forma det. drhurit non pertinet desinentiae
 sed radici: de quo cito leges)

Animadverte: formae plurales in -a exeuntes, e.g.: drhura, huura,
 llitira, ignoto tempore ab originali desinentia proto-albanica -a
 neutrarum mutuatae; occurunt (sed non in AMK 7) formae gen./dat.
 singularis ut: llirity prò lliuty (= lini illius) hirity prò hiuty
 (cineris illius) quae novissimae aetatis et ergo non imitanda
 esse videntur.

Accusativus singularis

In declinatione indeterminata accusativus singularis substantivi a nominativo non distinguitur nisi in sententia secundum differentem structuram praecedentis (aut sequentis) in sententia occurrente adiectivi:

Njy bburh i pillakk o' ki (senulus quidam hic est)

Ure peeva njy bburh ty pillakk (senulum quondam vidi)

Hoc fit quia procliticus articulus in adiectivo concrevit et nunc inseparabile est. Ille est ergo qui casus declinationis percipit et per se motum secundum casum mutatur. Eadem "concretio" accedit cum pronominibus possessivis:

iim (<i-im) (meus) nomin.

tiim (<t-iim) casus obliqui

sed declinatio substantivi cum prae- (aut sub-)posito pronomine possessivo sicut a priori determinata animadvertisit, id est signum declinationis etiam ad substantivum suffigi exigit, si substantivum adiectivo praecedit:

ure shoh bbiiriny tiimy

Si substantivum pron.possessivo succedit, tantum hoc declinationis signum fert:

ure shoh tiimy bbiiry

sed hoc secundum alium morem hodiernum fit qui abundantiam casus signorum vitare tendit.

Nomina determinata | + -ny

exempla: sirminy (TAM § 77)
kàlliny (vasta ty marh - TAM § 54)
shàtiny (marhu - TAM § 23)
straatiny (dirtony - TAM § 17)
straany (<straatiny) (nzonja - TAM § 67)
gjoony (shokja my bbori - TAM § 19)
bbiriny (kurkon ty - frag. p.53)
gjèlliny (- e shesixymy TAM § 38)
llinàriny (ungk friiny llinariny TAM § 82)
zhiàrriny (ççeljinjymy - TAM § 82)
ghadhiùriny (keshymy - TAM § 4)
shurbèsiny (TAM § 110)
lliny (bbonjymy - TAM § 77)
hiiny (na ve - te kriety TAM pag.36)

<u>Nominax.ivus-Accusax.ivus pluralis</u>		
	indeterminatus	determinatus
1) in -e exiens		.
ametaphonicus*	ddeeme froone katunde qkilliste gjelle	ddeemety froonetv katundetv qkillistetv gjellety
cum themate nasalı:		
(s.det. hiri) s.det. qkilluri s.det. thoi	hinje qkillunie thonje	hinjetv qkillunietv thonjetv
metaphonicus:		
(s.det. gkardhi) s.det. raxi s.det. shurbesi	gkardhe rexē shurbise	gkardhety rexety shurbisety
2) in -a exiens		
themate in affecto:	bburra trima tajura qiarpara kausha	bburraty trimatv tajuratv qiarparatv kaushaty (ar)
"-		
3) in -i exiens (ab affectione pa- latali posteriori eclipsa- sata) ametaphonicus:		
(s.det. bbiiri) s.det. kopilli s.det. viet/vitt	bbix(y) kopix(y) vièçç	bbiyty kopixyty vièççyty
metaphonicus: (s.det. kalli)	kve(lj)x	kve(lj)xyty
4) in nihil exiens, <u>tantum metaphonia signatus</u>		
(s.det.straati) s.det.llinaari s.det.kullaçç s.det.thees	streety llinerry kullecç thaasy	stretyty llineryty kullecçyty thasyty
5) cum liquida inconstanti ante sig- num determinativum: (s.det.ddialli) ddielyme (<ddiemylle) ddielmyty (pueri)		
6) pluralia sigmatica: (iily)	ilis	ilizhyty

*) Analogam apophoniam in declinatione adiectivorum reperies: i bbaarth (albus) ty bbeerd(yt) (albi)

Ad secundae declinationis substantiva pluralia typi

bburh bburri bburra bburraty

species aliqua ambomorpha pluralium consociari potest, id est themata
nasalia ut -r- eclipsata in singulari determinato tantum:

hii (cinis) hiri (cinis ille)

sed secundum regulam cum nasali rursus patefacta in plurali

hinje (cineres) hinjety (cineres illi)

quae posterioris temporibus novum pluralem ex singulari themate hir-
formaverunt, et una cum vetere plurali nunc vigent:

hinje hinjety seu: hira hiraty

Hae substantiva cuius declinatio (mutationis radicis causa) natura
non secura vulgo loquenti videtur, in singulari posteriori temporibus
ultra declinationern alteram ipsam extravagarunt et novum numerum
singularem determinatum secundum tertiam declinationern
creaverunt, e.g.:

llii lliu (prò lliri)

Morphemata hae, quorum creationem forsan analogia cum substan-tivis
tertiae declinationis nostrae, speciei: kreu - krera, dheu - dhera
concausavit, ambiclitica nuncupari possunt. (Compara vetera nasalia
tertiae declinationis quae in nom.plur. -n- > -r- mutant.

speculum

<u>singularis</u>		<u>pluralis</u>	
<u>indet.</u>	<u>det.</u>	<u>indet.</u>	<u>det.</u>
hii	hiri	hinje /hinjety	hira /hiraty
drhu (<drhun-)	drhuri	drhunje/drhunjety	<u>seu</u> drhura/drhuraty
		j	
<u>idem;</u>	llii (linum)	shii, mulii, lliti, kushyri, huu (palum) uu (fames), gkillu (genu).	

exempla: mbillidhe hinjety (TAM § 68)

i bbanjymy me huny (Andali p.7)

keshymy, ohy, ddrunje (TAM § 4) e drunjety (TAM § 5) llitiri
(TAM § 2) te llitiraty (TAM § 6) dditine e hirito
(hiraty) TAM pag.36

Genitivus-Dativus pluralisindeterminatus

kjieleve
réχeve
kopilχve
drhunjeve
ilisyve
spirderave

determinatus

kjieleve (ty)
rèχeve (ty)
kopilχve (-ty)
drhunjeve (t-y)
ilisyve (ty)
spirderave (ty)

DECLINATIO TERTIA

Nominativus singularis

Substantiva tertiae declinationis in duo classes (secundum praesentiam seu absentiam vocalis finalis) dividi possunt:

1) radices oxytonae in vocalem desinentes, e.g.

<u>indet.</u>	<u>det.</u>	-u	
dhee	dheu		(terra)
kree	kreu		(caput, dux)
kjankaa	kjankau		(pavimentum)
ka	kau		(bos)
vulaa	vulau		(frater)
kjiri	kjiriu		(cereus)
sii	sju		(oculus)
mii	miu		[rnus)
njer,i	njeriu		(homo)
kali	kaliu		(spica)

Animadverte: hic substantiva intelligenda sunt ab origine in vocalem oxytonam desinentia, non themata vocalica nunc oxytona sed a nasali eclipsata orta (e.g. llīi = linum). De quibus in declinatione secunda actum est.

2) radices cum exitu originali: hy,ky,gky, sed nunc: h,k,gk

<u>indet.</u>	<u>det.</u>	-u	
krah	krahu		(brachium)
qjak	qjakku		([sanquis
urk	urku		(lupus)
dderk	dderku		(sus)
ddushk	ddushku		(caespes)
steak	steaku		(semita)
llugk	llugku		(cochlear)

Genitivus-Dativus singularis

<u>indet.</u>	<u>[-ux(yt)]</u>	<u>det.</u>	<u>j-ut(y)</u>
kreuxy	(ducis, duci)	kreuty	(ducis illius, duci illi)
dheuxy	(terrae)	dheuwy	(terrae illius, illae)
njeriuxy		njeriutty	
vulauxy		vulafty	
ddérkuxy		dderkuty	

exempla: ty majmy ty dderkuty (Frag. p.118) (gen.)
 e thori timi vulauxy (TAM 41, (dat.)
 pordha (=kupurdha) urkuxy (Andali p.10) (gen.)

Accusativus singularis

indeterminatus: ut nominativus

determinatus: -uny

gjàkuny	(stie - TAM § 118)
bbàrkuny	(ndanda - TAM § 70) (ventrem)
ddérkuny	(rruaja - TAM § 7'
llugkuny	(me - Ngjal. p.57'
àstrikuny	(illud pavimentum)
zhoqkuny	(qjejymy - Andali p.40) (avem)
pumbakuny	(bbajumy - Andali p.35)

Animadverte; accusativus determ. -iiny in substantivis ut oxytonis in -i et event. -e, e.g.:

njeriiny	(si gkrua me - TAM § 126)
siiny	(illum oculum)
miiny	(gjejymy - Andali p.40)
kaliiny	(spicam illam)
dheeny	(pinony - TAM § 86)

progressio recentior est a : njeriuny, siuny, dheuny.

De accusativo determinato substantivorum oxytonorum II. et III. declinationis (in nominativo singulari indeterminato cum ii desinentium) valeat quod in paragrapo de prima declinatione (ex.: stupii) diximus. Sed de nom. III. declinationis animad-vertendum est similitudinem desinentiae tantum exteriorem esse, quia e.g. kaliina (spicam illam) ex kaliuny, et stupiiny ex stupieny oriuntur.

Nominativus-Accusativus pluralis

Animadverte: radices velares tertiae declinationis "palatalisatione" afficiuntur in nominativo plurali indeterminato, e.g.

<u>indet.</u> :	urkjyx	(lupi)	<u>det.t</u>	ürkyty
	ddushkjvx	(caespites)	"'" "	ddushkyty
	pishkjyx	(pisces)		pishkyty

Nominativus pluralis indeterminatus harum velarium non aequivocandum est cum genitivo singulari earundem qui vocale "u" protectus palatalisatione non afficitur. Compara:

(llikury) urkux(y)	(pellis) lupi	= gen.sing.
(peesy) ürkjyx(y)	(quinque) lupi	= nom.plur.

Adnota: in forma pluralis kjyx vetus desinentia pluralis -i eclipsatur.

In aliquibus substantivis huius declinationis consueto signo pluralis in exitu apophonia radicis ut signum concomitans adiungitur, e.g.:

sing.:	dderk/dderku	indet.:	ddirkjyx	/ pluralis	det.	ddirkjyty
			(ant.: dderh)			dderrat)

Pluralis tantum metaphonia signatus:

sing.:	ka/kau	indet.:	kjee	det.	kjeety
	krah/krahu		krehy		krehety

in -ii desinentes: (indet. = ut sing.indet.)

s.indet.	kjiri	plur.	indet.	kjiri	det.	kjirity
	sii			sii		sitty
	mii			mii		miity

I.Peta: (AMK 5) sing.: strik/strigku pi.: strigje/strikjyty

Sunt aliqua substantiva quorum radices initio nasalem exitum habebant et nunc "rhotacisticae" factae sunt- In nominativo singulari istorum nasalis totaliter eclipsatur, in plurali apparet sub rhotacismo. Desinentia pluralis horum substantivorum, tertiae indo-europeae declinationis superstites, -a hodie est. Cum desinentia genitivi sing.determ. et indeterm. horum substantivorum -u- (-uxy> -uty) est, possumus acervum hunc tertiae nostrae declinationis tribuere, sed tantum quia idem signum genitivi habet.

sing.

kree / kreu
vulaa / vulau

plur.

krera (krena) / krératy
vulézhera / vulézheraty *)

*) cum apophonia radicis et suffixione deminutiva.

Pluralia sigmatica;

njeri (homo) in tertia "nostra" declinatione classificandum desinentiae determinativaes -u causa (njeriu) pluralem nom. indet. cum signo -s et ictus regressione format:

indet.: njeres	det.: njéresety (TAM § 132)
compara etiam: (kali -u spica)	
kàlis	kalisyty

Genitivus-Dativus pluralismetaphonicus

(krah)
(dderk)

indet.

kréheve
ddirkjyve

det.

kréhevety
ddirkjyvety

sigmaticus:

(njeri)

njérисve

njérисvety
(njéresevet)

Exempla:

i zhygkoi i mpyshoony ty kjévety krikja ty
kréheve (EB 1.7.63 sent.27) krunda e japymy
ddérravety (SP 1973 sent.12)

DECLINATIO QUARTA

Omnia substantiva quae ad istam declinationem pertinent generis neutrius sunt. Animadverte sequentia speciminae structurae substantivorum IV. declinationis:

- 1) Substantiva originalia neutra: indet.

			det.
a)	mish(y) lesh	(carne)	mishyty leshyty
b)	bbaal bbaar	(frōns) ^{1~~~} (gramen)	bbalyty bbaryty
e)	uj vā,	(aqua) (oleum)	ujyty vaxvty
4)	ddiath	(caseus)	ddiathyty
e)	gkruur	(granum)	gkruryty
f)	killumsty	(lac)	killumstyty

- 2) Substantiva ab participiis praeteriti orta (vide participia)

ty ngkroh-ty	(calor)	te ty ngrohtit	(AMK 10, Frag.136)
bbukur-ty	(pulchritudo)		
lliari-ty			
mbillodhur-ty	(pingue)	AMK 5, Frag.p.94	
dhombur-	(collectio)		
ty gjeshury	(dolor)		
	(farinae massa; AMK 3» Frag.p.93		

- 3) Substantiva neutra ab adiectivis orta:

ty tombull	(dulcedo)
ty tiimy	(frigus)
ty miiry	(bonum)

Adnota desinentias IV. declinationis et ipsarum differentiam ab illis III. declinationis:

<u>singularis</u>	N.-A.	indet.	det.	-yt(y)
	G.-D.	- i x		-(y)t -it(y)
	N.-A.	sing.det.:	mish- <u>-yty</u>	
	G.-D.	sing.det.:	s -ity	
	mi		h	
<u>pluralis</u>	a) h)	N.-A.	indet. -era	det. -eraty
		G.-D.	-èràve	-eravety
		ex participiis	-ur-:	
		N.-A.	indet. -a	det. -aty
		(e.g.: ty dhomburaty)		

Animadverx-e :

Mos decadentis linguae hodiernae extendit, per analogiam, usum desinentiae pluralis -era etiam ad nonnulla substantiva II. et III. declinationis, cum subiectum loquens incertum in rebus morphologicis fit.

Additamenta ex aliis pagis

rrush- Bland.AMK 11: "kita rrush o' ty miir"
 I.Peta AMK 5: "ki rrush astry i miir"
 G.-D.: njy rromby rrusht χ
 sed plur. : rrushera/-ty
 AMK 5 Frag.p.86: mbijidhex rrusht.
 AMK 7: bbonjyny rrushyty (TAM § 87)
 ndziery rrushyty
 (TAM § 130) rrombyty e rrushave
 (TAM § 47)

exp
 truu
 bbruum
 drhuu
 mia χ i
 mial

ddiil : genus incertum in AMK 7

NOMEN ADIECTIVUM

